

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Dreizehnter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1888.

Ein unediertes Diplom Heinrichs V.

Mitgetheilt von H. Bresslau.

Heinrich V. verbietet auf Urtheil und Rath der Fürsten dem Karolus die Brüder des Klosters St. Leo zu Toul im Besitz eines Gutes zu Fontenoy-sur Moselle (bei Toul) zu hindern und bestätigt dasselbe dem Kloster.

Strassburg 1107, Juni 20.

* In nomine sanctae et individue trinitatis. Heinricus divina favente clementia quintus Romanorum rex.* Nostrum est omnium querimonias audire misericorditer et maxime ecclesiarum dei, quibus fit iniuria. Quapropter omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum fieri volumus, qualiter nos causa dei et interventu Brunonis Treverensis archiepiscopi, Otthonis Bavenbergensis episcopi, Eberhardi Eistetensis episcopi, Burchardi Monasteriensis episcopi, Alberti nostri cancellarii, Girardi comitis, Godefridi comitis, Fulmari comitis aliorumque multorum nostrorum fidelium querimoniam fratrum Tullensis aecclesie sancti Leonis audivimus. Fiebat enim eis iniuria a quodam Karolo de beneficio, quod comes Albertus in manu Bibonis Tullensis episcopi refutavit eo quidem tenore, quod ad usus fratrum aecclesie beati Leonis traderetur. Facta autem refutatione, ipso comite Alberto rogante et presente, reposita est super altare sancti Leonis ab episcopo et ab eodem tradita per manum Rainardi comitis eiusdem loci fratribus. Et ne aliqua posset ratione fratribus fieri molestia, precepit ipse comes Albertus supramemorato Karolo, ne amplius se de illo beneficio quod ab eo tenuerat in Fontiniaco intromitteret nisi fratrum licentia. Illo vero nolente dimittere nec a fratribus querere, querimonia fratrum ad nos pervenit ut debuit. Nos vero misericordia moti nostros inde principes consulimus, et eorum consilio rem ita tractavimus, quod Hugo filius Alberti comitis iam defuncti veniens in nostri presentia refutavit fratribus idem beneficium et laudavit quod pater eius fecerat. Ideo iusta ratione cum iudicio et consilio nostrorum principum interdiximus Karolo ne ulterius se intromitteret, et ita confirmavimus fratribus impressione

nostri sigilli, ut omnes habeantur sub nostro banno, qui eodem¹ inde molestare presumpserint.

* Signum domini Heinrici quinti regis invictissimi * (M.)

* Albertus cancellarius vice Rotardi Maguntini archiepiscopi recognovit. * (Si.)

Data XII. kalendas iulii, indictione XIII, anno dominice incarnationis millesimo CVII, regnante Heinrico V. rege Romanorum anno III, ordinationis eius VIII; actum est Argentine; feliciter in Christo amen.

Aus dem Original im Archiv des Departements Meurthe-et-Moselle zu Nancy mitgetheilt durch den Archivar Herrn Henri Lepage zu Nancy. Die auffallenden Zahlen der Datierungszeile — ind. 14, a. ord. 9, regni 3 — hat die Urkunde mit St. 3017 für Kloster Helmarshausen gemeinsam, welches letztere Diplom von demselben Dictator herrührt.

Unser Diplom ergänzt das Itinerar des Königs in willkommener Weise, indem es die Annahme Giesebrechts (Kaiserzeit 34, 1195) bestätigt, Heinrich V. habe Pfingsten (2. Juni) zu Strassburg und nicht zu Metz (wie die Ann. Hildesheim. angeben) gefeiert. Der König muss Metz schon Ende Mai verlassen haben und in Strassburg bis in die zweite Hälfte des Juni verblieben sein.

Zur Sache vergleiche man die gleichfalls aus dem Archiv zu Nancy von H. Lepage im Journal d'archéologie lorraine et du musée lorrain, Nancy 1879, S. 166 abgedruckte undatierte Urkunde über den Vergleich zwischen den fratres sancti Leonis und Carlo, wie er hier genannt wird. Aus derselben ergibt sich, dass Carlo 'sepe vocatus in causa semperque subterfugiens actionem, tandem ab ipso domino Paschali excommunicatus, cum anathema diu pertulisset', sich endlich dazu verstand, seine Schuld zu bekennen und die Hälfte von Fontenoy, deren er sich bemächtigt hatte, den Brüdern von S. Leo zu refutieren, worauf er sie gegen einen jährlichen Zins von 10 solidi zu Lehen empfing. Zeugen: Stephanus primicerius, Hugo archidiaconus, Rogerius, Hunaldus, Ripaudus, Widricus abbas S. Apri, Petrus capellanus eius, comes Reinardus, Gobertus miles et alii plures.

1) So in der mir mitgetheilten Abschrift; wohl verlesen oder ver-schrieben für 'eodem'.